



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis Et Breviarii Romani**

In quibus origo cuiusque Ritus, Causæ historicæ, vel mysticæ, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, Obligatio, & exquisitus Vsus, additis opportunè Decretis omnibus S. Rituum Congregationis, quàm breuißimiè explicantur

**Gavanti, Bartolommeo**

**Antverpiæ, 1634**

De Septuagesima, & Dominicis sequentibus. IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40244**

Rubrica propria dicitur, *Prima die post Octauam*. Videbatur tamen parcendum S. Hilario, qui in primis Vesperis participare solet de proprio die in quo obiit, magis quam S. Paulus Eremita, qui obiit infra Octauam Epiphaniae; sed verba Rubricæ sunt attendenda simpliciter, quæ generatim posita sunt iultioribus de causis, & præsertim ad faciliorem executionem.

4. Quid si Festa omnia per Hebdomadam sint Duplicitæ eo casu erit satis commemorationem fieri Dominicæ 2. in Sabbato; & omittuntur Responsoria de tempore.

5. Si Octaua celebretur in ea Hebdomada, tunc fiat prima die de Feria, quia dies infra Octauam cedit Semiduplici; ergo & à fortiori etiam huic Officio Dominicæ 2. sed omitteadæ tamen erunt Preces cum Suffragijs ratione Octauæ.

6. Epistolæ S. Pauli, quæ non possunt legi in primo Nocturno, seu in feriali Officio, infra hoc tempus usque ad Septuagesimam, eo anno omittuntur: quia unus liber omnium Epistolarum S. Pauli tamquam unius auctoris reputatur; & antiquiores non legebant de Epistolis Pauli, nisi usque ad eam quam ille scriptit ad Ephesios inclusuè.

7. Officium Dominicæ 3. vel 4. vel 5. vel 6. si post Epiphaniam minus habet locum, neque item post Pentecosten; de ea, quæ locum libili non habet, fiat Officium in Sabbato, vel in alia Feria præcedenti, non ad libitum, sed impedito Sabbato ob Festum novum Lectionum, & non trium B. Virginis; vel fiat commemoratio saltem in Sabbato, ne proflus omittatur, ut in Rubr. de Dominicis num. 5. quæ remittit nos ad formam datam in numero quarto ibidem. Quod si in Feria præ-

dicta fiat de Festo Semiduplici translatio, satis erit, quod in Sabbato fiat commemoratione Dominicæ ut supra, ne translatum Semiduplex sine necessitate adhuc ultra transferatur, ut decretum est in postrema recognoscere Vt-bana Breuiarij, nulla enim est necessitas, quando saltem in Dominicæ 2. dicta sunt Responsoria de tempore.

8. Dominica sextæ Officij cum suo Euangelio est de nouo iure Pij V. in qua antiquiores repetebant Officium Dominicæ quintæ post Epiphaniam.

*De Septuagesima, & Dominicis sequentibus.*

C A P. IX.

1. **D** Eponitur in Septuagesima *Alleluia*, bis eo cantato & repetito in fine primarum Vesperarum Dominicæ, ex Decreto Alexandri II. ut ait Micerol. cap. 47. & Baron. ann. 1073. qui ritus in Mysteriologio ad Primam pronuntiatur; & deponitur cum reduplicatione, ad maiorem significacionem, & emphasis.

2. *Alleluia* significat Christum, sine quo nunc representatur genus huminum, ob peccatum Adæ, de quo fit mentione principalis in Septuagesima, Ruper. lib. 4. cap. 5.

3. Pro *Alleluia* dicimus humilioris Latina lingua, *Lauda tibi Domine*, &c. ex Alciino: quia temporis congruit humilitas, ob memoriam peccati originalis. A Musicis pro *Alleluia* dicitur, *In eternum*, Io. Beleth de Divin. Off. cap. 79. sed à recitantibus Officium omittitur *Alleluia* in Antiphonis, ubi est, & eius loco nihil dicitur.

4. Ininitiorum *Praoccupamus* anticipatur in Septuagesima Pio V. cum sit

### De Septuagesima, & Dominicis sequentibus. 119

fit eiusdem rationis cum sequentibus  
Dominicis.

5 Lectiones de Genesi, ex Decreto  
Gelasij, & Ord. Romano. Responsio-  
ria de eadem Genesi recitari iussit Ale-  
xander II. ex Microl. loco citato, amo-  
nis alij quæ dicebantur cum Alleluia:  
cum non debeat ( inquit Leo IX. de  
Consecr. Distinct. 1. H̄i duo.) cantare  
Alleluia, quando recolimus priui  
hominis catum in Lectionibus.

6 In Sexagesima dicuntur Respon-  
soria de Historia Noë, ex Decreto  
Gregorij VII. teste Radul. Propos. 16.  
cum antea, ex Decreto Alexandri II.  
repetenter Responsoria Septuages.  
Collecta Sexagesimæ non impedit  
commemorationem communem de  
sancto Paulo in Officio. Vide in To-  
mo 1. de Sexag. pag. 235. num. 15.

7 In Quinquagesima Respons. de  
Abraham dici iussit Gregorius VII.  
ex Radulpho loco citato.

8 Data sunt Antiphonæ propriæ ad  
Magnificat ferè omnibus Ferijs Se-  
tuagesimæ, Sexagesimæ & Quinqua-  
gesimæ; de quibus antiqui nihil di-  
cant. Si Antiphonas species, ex pro-  
pria sunt: quia hæ Feriæ non sunt ita  
communes, ut aliae per annum; neque  
ita propriæ, ut Feriæ Aduentus, &  
Quadragesimæ, quarum Antiphonæ  
numquam omittuntur. Si Ferias at-  
tendas, in Feria 6. nulla est Antiphona;  
quia saltet de S. Maria in Sabba-  
to fit in Vesperis à Capitulo. In Feria  
quinta Sexagesimæ, & item sexta in  
anno bissextili, dicuntur Antiphonæ  
quæ in præcedentibus Ferijs fuerunt  
omissæ, si occurrat fieri de Sancto in  
ijsdem; vel certè de Psalterio sumun-  
tur, non autem de Ferijs Septuagesi-  
mæ, quarum Antiphonæ, si omittan-  
tur ob Festa Sanctorum, non refunun-

tur in sequenti Hebdomada, quod  
perperam scripsere aliqui in Calenda-  
rii Ecclesiarum particularium: neque  
Rubrica de his Antiphonis posita an-  
te Feriam 5. Sexagesimæ se extendit  
ultra suam Hebdomadam. Si vero nu-  
merum obserues Antiphonarum, my-  
sterij aliquid fortasse inest: tum quia  
nouem ex sunt omnes; tum quia in-  
ter eas certus quidam est gradus non-  
ni si congruus ( ex Maiorum saltet  
auctoritate qui eas decreuerunt) ut ni-  
mirum quatuor Antiphonæ in Vespe-  
ris sint assignatae Ferijs Septuagesimæ,  
tres Ferijs Sexagesimæ, duæ Ferijs  
Quinquagesimæ.

### De Feria quarta Cinerum.

#### C A P. X.

1 E St priuilegiata hæ Feria, in  
qua occurrens quocumque  
Duplex transferritur, ex De-  
creto Clementis VI. anno 1352. vt ego  
legi in Martyrologio M. S. antiquo in  
Bibliotheca Fortunati Scacchi, sacri  
Palatij Sacrifice, de sacris Litteris opti-  
mè meriti: & habetur in Breuiario  
edito Venetijs 1549. quia eo die con-  
uenit, vt populus Christianus pœni-  
tentia publica det indicia.

2 Omnia ergo fiunt ut in Quadra-  
gesima, ait Microl. cap. 49. & ad om-  
nes Horas, inquit cap. 50. genufle eti-  
mus, hoc est, dicuntur Preces. Nam,  
quia nos augere debemus pensum ser-  
uitutis nostræ, præsertim in Precibus,  
ex S. Gregorio relato à Radul. Pro-  
pos. 16. hinc factum est, ex eodem Ra-  
dul. quod dicuntur his diebus feriales  
Preces cum Officio Psalmorum, Gra-  
dualium, & Pœnitentialium.

3 Duæ Orationes dicuntur quotidie  
in feriali Officio, quarum secunda est

Vespe-